

For your reading pleasure
Latin for the Absolute Novice, Session II

Mārcus est puer improbus.
Est discipulus improbus.
Nōn sedet in sellā. Nōn discit.
Mārcus flagellum videt.
Flagellum rapit. Gaudet Mārcus. Atrōciter rīdet.
Mārcum Sextus videt.
Sextus velōciter scūtum capit.
Mārcus Sextum pulsat.
Sextus sē dēfendit.
Mārcus est improbus; nōn est puer bonus.

Mārcus est puer. Post iuventūtem senex erit.
Thāis est puella. Post iuventūtem anus erit.
Nōn erit senex Thāis, quod nōn est puer.
Puer, post iuventūtem, senex erit.
Puella, post iuventūtem, anus erit.
Quī est puer senex erit post iuventūtem.
Quī est puella anus erit post iuventūtem.
Molestus est senectūs. Iuventās brevis est. Senectūs quoque brevis est. Vīta est brevis.
Post iuventūtem, nōs mors rapit. Atrōciter rapit.
Interdum iuvenēs mors rapit.
Nēminī parcētur, neque iuvenibus neque senibus.

Ignōscite mihi, discipulī discipulaeque: Haec fābula nōn est bona; est tristis. Mea culpa. Mea maxima culpa!